



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

3. De gestis post solemnem Christi Ierosolyma ingressum. Martth. 21.
Marc. 11. Luc. 19.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

III. Christus obreclatoribus os obstruit,
Magdalenam defendit & exrollit, & ex
quam pia intentione, ut videat prae-
niat corpus suum ungere ad sepulturam,
quod illi postea non licuit, manifestè osten-
dit, idque in toto mundo celebrandum pra-
dicit. En quam mira prouidentia Dei,
ipsas etiam calumnias in gloriā suorū
electorum, non solum in altera, sed &
non raro in hac vita conuertentis!
Nunquam enim hoc amoris Christo
exhibitum à Magdalena officiuna in
toto mundo sic depraedatum fuisset,
nisi dentibus obreclatorum arro-
sum fuisset. Admiratio diuinæ prouien-
tiæ, Patientia & resignatio in ca-
lumnijs sustinendis.

De gestis post solemnum Christi Ierofo- III.
lyma ingressum, Matth. 21.

Mar. 11. Luc. 19.

I. Iesus cum solemni pompa Ierosolymam
introdutus (de qualius Dominic.
palmar. 2. part. medit.) ingressus templū
eiecit ex eo vendentes & ementes; Et acce-
dentes claudos & cœcos sanauit. Videntes
autem Principes Sacerdotum & scriba mi-
rabilia qua fecit, & pueros clamantes &
dicen-

dicentes: O sanna filio David: indignari sunt & dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis: utique nunquam ligasti, quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Dico vobis, si hi tacurine, lapides clamabunt.

Luc. 19.

En quod propius ad metam vitæ accedit, eodem feruentius operi redemptionis nostræ perficiendo infistit, implexus illud Danielis: Con-

Dan. 9.

firmavit pactum multis hebdomada una. Quid enim hac ultima hebdomada intentatum reliquit? dies integros cō-

cionando, perniciaces conuincendo, ignorantes docendo, agros sanando; noctes orando & contemplando con-

sumpsit; demum seipsum hostiam vi- uam æterno Patri victimandam obtu-

lit. At quanta cœcitas Iudeorum id non agnoscentium, imo & ror Christianorum dignos sese rancore gratia exhibentium! Annon & contra hos

ipatos olim lapides, quibus sunt duriores, vindictam clamabunt? Amor Iesu, & zelus eius imitatio, ingratitudinis detestatio.

III. Circumspectis omnibus cum immu-

spera esse horā, exiit fīas extra ciuitatem in Berhaniam, ibique manūt. En filius

Dei diurnis concionandi, agrosque sanandi laboribus fractus, ne unum qui-

quidem reperit, à quo refocillaretur,
& hospitio exciperetur; ideoque cum
suis incœnatus & famelicus in Bethan-
iam redire cogitur. Quisquis cupis
zelum & spiritum Christi imitari, in-
spice & fac secundum hoc exemplar,
memor discipulum non esse maiorem
magistro suo. Zelus animatum fortis,
patiens & constans.

III. Manè famelicus rediens in ciuita-
tem, videnque fculneam, venit ad eam
nihilque inueniens in ea nisi folia tantum,
ait illi: nunquam ex te fructus nascetur in
sempiternum, & aera facta est continuo fi-
culnea. Viden' in typo huius maledictæ
& continuo aera factæ fculneæ in-
gratam & sterilem Synagogam æter-
næ maledictioni addiccam! Admira-
re, paue, & ne idem tibi contingat,
catue. Horror ingratitudinis,
Feruor respondendi gra-
tiae propriæ vo-
cationis.

De